manuscript

Seite 189v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36453
Copyright: Melk, Benediktinerstift



Sermo pet' damiani ostiensis epi de excellencia
sci Johannis euglte.

Hodie nobis dilmi leticie gaudia geminat. quia
recenti adhuc natiuitate dnica. beati
iohis occurrit sollemnitas glosa. Hodie
discipulus quem diligebat ihus dilectoris
sui amplexibus stringit. societate pfrui-
tur. et qd uiderat qd audierat. quod
manibus attrectauerat de uerbo uite. tanto iam liquidius
quanto sublimius contemplat. Hodie scilicet illa mirabilis
aquila quam et olim ezechiel eminere ceteris quatuor ani-
malibus uidit. et ipse iohs sumet ut ita loquar pphta
factus uolantem in mistica uisione conspexit. ad unicam
angelorum et hominum escam pennis librata sublimium meritorum
feliciter euolauit. Licet enim ubicumque fuerit corpus illic
necessario congregentur et aquile. sed iste tanto familiarius
ad uite pabulum corruptionis uinculis absolutus acce-
dit. quanto et adhuc in carne positus. in ipsum eterni
solis orbem. hoc est in diuine substancie claritatem. radices
purificate mentis infixit. O quam miranda super nos cele-
stis consilii dispensacio. quam profunda diuine sapiencie altitudo.
Descendit deus ad hominem. ut occultam hominibus innotesceret
deitatem. Adhuc ane mortalitatis dignatus est exire pub-
licum. ut nobis eternitatis sue reuelaret archanum. Sed si
mox ut in euglice doctrine cepit uerba prumpere. ac no-
ue gracie mysteria rudibus adhuc imperitorum cordibus aperire.
statim diuinitatis sue panderet sacramentum. cuius quoso
ferret auditus. cuius uiquam caperet intellectus. Nam ut de
diuinitate nunc taceam cum dns diceret. quia nisi manducaueritis
carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebi-
tis uitam in uobis. et qui manducat me et ipse uiuet
propter me. protinus aspernati sunt uerbum et exhorruere dicen-
tes. Durus est hic sermo. quis potest eum audire. Deinde scriptum